

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio **PETRO DEAN**, curioni paroeciae Sancti Nicolai in urbe et dioecesi Caebuana, electo Episcopo titulo Thuccaborense atque Auxiliari sacri Praesulis archidioecesis Davaënsis, salutem et Apostolicam Benedictionem. Pro munere Nostro, quod etiam postulat ut quam aptissime auxiliemur sacris Pastoribus particularium Ecclesiarum, haud dubitamus quin exaudiendus sit Venerabilis frater Antonius Mabutas et Lloren, Archiepiscopus Davaënsis, qui petuit ut sibi Auxiliaris daretur Episcopus. Nos igitur, ratum habentes propositum Nobis consilium Venerabilis fratris Nostri S.R.E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, vi et auctoritate Nostra Apostolica Episcopum titulo **THUCCABORENSEM** te, dilecte fili, eligimus atque Auxiliarem memorato Archiepiscopo assignamus, iuribus tibi factis quae sunt huius officii propria, ut statutum est per Apostolicas Litteras — Ecclesiae Saintae — VI mensis Augusti datas anno MCMLXVI. Tibi permittimus ut episcopalem ordinationem, servatis fure servandis, ubivis a catholico Episcopo accipias, post tamen quam, teste eodem aliove sacro Praesule, professionem fidei feceris atque iusurandum de fidelitate erga ros et Successores Nostros iuraveris. Quibus ita actis, tuum erit curare ut formulae adhibitae usitato more subscriptae sigilloque impressae transmittantur quam primum ad Sacram Congregationem pro Episcopis. Tibi denique, dilecte fili, suademos ut, graviore censiderato munere tibi obeundo, magno honori tibi ducas sacro Praesuli esse levamini, cui mitteris auxilio, eiusque curas participare de dilectis filiis Davaënsibus, quos sibi commendatos habet. Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Decembris, anno Domini millesimo non gente- simo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto decimo.

JOANNES CARD. VILLOT
Secretarius Status

EUGENIUS SERVI, Proton. Apost.